ob caussam, vt ipsi nosmet mutuo perdamus, & vtrique ipsorum indigeamus? Cur ad expeditionem accingūt se, quū nos dicamus, in hoc tempore nobis opera ipsorum non opus esse? An non manifestum est, eos idcirco se ad hanc expeditionem parare, vt aliquo nos dāno adficiant? Hinc Athenas suos mittunt, qui Athenienses ad ferendum opem cohortarentur. Præterea legatos ex Eparitis mittunt Lacedæmonem, ac Lacedæmonios hortātur, vt communibus auxiliis prohiberent, ne qui Peloponesum in seruitutem redigerent. Impetratum etiam inde de principatu, nimirū vt singuli suos intra fines aliis præessent. Interea dum hæc agebantur, domo Epaminondas proficiscebatur, ac secum Bœotos omnes, Euboënses, Thessalos multos, quos partim ab Alexandro, partim ab eius aduersariis acceperat, ducebat. Phocenses tamen non sequebantur, quum iis condicionibus initum fœdus esse dicerent; vt, si quis Thebanos inuaderet, opem ferrent: verum vt aduersus alios cū eis militatum irent, id in fœdere comprehendi negabāt. Et existimabat Epaminondas, suis a partibus futuros in Peloponeso Argiuos, Messenios, Arcades eos, qui rebus Thebanorum fauebant. Erant hi Tegeatæ, Megalopolitani, † Astheatæ, Palatini, & quotquot oppida propterea, quod essent exigua, & horum in medio sita, sequi eos cogebātur. (†al. Aseatæ,) Copias ergo celeriter Epaminondas eduxit, quumq; Nemeam ingressus esset, nonnihil istic commorabatur, quod interceptum se transeuntes Athenienses putaret. Nam magnum hoc quiddam fore ducebat, quod suorum quidem sociorum animos confirmare posset; hostium vero, ad desperationem adigere. Atque, vt breuiter dicam, omnino Thebanis emolumento futurum existimabat, quidquid Athenienses detrimenti accepissent. Interim dum ille hoc loco diutius hæret, Peloponesij omnes, quotquot cōsentiebant, apud Mantineam cōuenere. Quum autem audiisset Epaminondas, Athenienses mutato consilio non iam terra facturos iter, sed mari se parare, vt per Lacedæmonem Arcadibus opem ferrent: motis e Nemea castris, Tegeam profectus est. Atque equidem hanc illi expeditionem feliciter cessisse, nō possum dicere: quæ vero tum prouidētiæ, tum audaciæ facinora sunt, ea desiderari mihi in hoc viro minime posse videntur. Nā primum hoc non possum nō prædicare, quod intra Tegeatarum muros castra locauerit:

Epaminondæ encomium.

A ἡμᾶς μὲν ἀλλήλους κακῶς ποιῶμεν, ἐκείνων δ᾽ ἀμφότεροι δεώμεθα; ἢ τί λεγόντων ἡμῶν, ὅτι οὐ δεόμεθα αὐτῶν ἐν τῷ παρόντι, παρασκευάζονται ὡς ἐξιόντες; οὐ δῆλον, ὡς ἐπὶ τὸ κακόν τι ἡμᾶς ἐργάζεσθαι στρατεύειν παρασκευάζονται; ἔπεμπον δὲ καὶ Ἀθήναζε, βοηθεῖν κελεύοντες. † ἔπεμψαν δὲ καὶ εἰς Λακεδαίμονα πρέσβεις ἀπὸ τῶν Ἐπαρίτων, παρακαλοῦντες Λακεδαιμονίους, εἰ βούλοιντο κοινῇ διακωλύειν, αἴ τινες ἴωσι καταδουλωσόμενοι τὴν Πελοπόννησον. περὶ (ἐπορεύθησαν)
B μέντοι ἡγεμονίας αὐτόθεν διεπράττοντο, ὅπως ἐν τῇ ἑαυτῶν ἕκαστοι ἡγήσοιντο. ἐν ὅσῳ δὲ ταῦτ᾽ ἐπράττετο, Ἐπαμινώνδας ἐξῄει, Βοιωτοὺς ἔχων πάντας, καὶ Εὐβοέας, καὶ Θετταλῶν πολλοὺς παρά τε Ἀλεξάνδρου, καὶ τῶν ἐναντίων αὐτῷ. Φωκεῖς μέντοι οὐκ ἠκολούθουν, λέγοντες, ὅτι συνθῆκαι σφίσιν αὐτοῖς εἶεν, εἴ τις ἐπὶ Θήβας ἴοι, βοηθεῖν· ἐπ᾽ ἄλλους δὲ στρατεύειν, οὐκ εἶναι ἐν ταῖς συνθήκαις. ὁ μέντοι Ἐπαμινώνδας ἐλογίζετο, καὶ ἐν Πελοποννήσῳ σφίσιν ὑπάρχειν Ἀρ-
C γείους τε, καὶ Μεσσηνίους, καὶ Ἀρκάδων τοὺς τὰ σφέτερα φρονοῦντας. ἦσαν δὲ οὗτοι Τεγεᾶται, καὶ Μεγαλοπολῖται, καὶ † Ἀσθεᾶται, καὶ Παλαντιεῖς, καὶ εἴ τινες δὴ πόλεις, διὰ τὸ μικραί τε εἶναι, καὶ ἐν μέσαις ταύταις οἰκεῖν, ἠναγκάζοντο. ἐξῆλθε μέντοι ὁ Ἐπαμινώνδας διὰ ταχέων. ἐπεὶ δὲ ἐγένετο ἐν Νεμέᾳ, ἐνταῦθα διέτριβε, † νομίζων τοὺς Ἀθηναίους παριόντας λήψεσθαι, καὶ † οἰόμενος μέγα ἂν τοῦτο γενέσθαι τοῖς μὲν σφετέροις συμμάχοις, εἰς τὸ ἐπιρ- (ἀσεάται) (ἐλπίζων) († λογιζόμενος)
D ρῶσαι αὐτούς· τοῖς δὲ ἐναντίοις, εἰς τὸ εἰς ἀθυμίαν ἐμπεσεῖν. ὡς δὲ συνελόντι εἰπεῖν, πᾶν ἀγαθὸν εἶναι Θηβαίοις, ὅτι ἐλαττοῖντο Ἀθηναῖοι. ἐν δὲ τῇ διατριβῇ αὐτοῦ ταύτῃ συνῆλθον πάντες οἱ ὁμοφρονοῦντες εἰς τὴν Μαντίνειαν. ἐπεὶ μέντοι ὁ Ἐπαμινώνδας ἤκουσε, τοὺς Ἀθηναίους τὸ μὲν κατὰ γῆν πορεύεσθαι ἀπεγνωκέναι, κατὰ θάλατταν δὲ παρασκευάζεσθαι, ὡς διὰ Λακεδαίμονος βοηθήσοντας τοῖς Ἀρκάσιν, οὕτω † δὲ ἀφορμήσας ἐκ τῆς Νεμέας, ἀφικνεῖται (δὴ)
E εἰς τὴν Τεγέαν. εὐτυχῆ μὲν οὖν ἔγωγε οὐκ ἂν φήσαιμι τὴν † στρατείαν αὐτῷ γενέσθαι, ὅσα μέντοι προνοίας ἔργα καὶ τόλμης ἐστίν, οὐδέν μοι δοκεῖ † ἀνὴρ ἐλλείπειν. πρῶτον μὲν γὰρ ἔγωγε ἐπαινῶ αὐτόν, ὅτι τὸ στρατόπεδον ἐν τῷ τείχει τῶν Τεγεατῶν ἐποιήσατο· (στρατηγίαν) (ὁ ἀνὴρ)

ἔνθ᾽

A εἴθ' ἐν ἀσφαλεστέρῳ τε ἦν, ἢ εἰ ἔξω ἐστρατοπεδεύσατο, καὶ τοῖς πολεμίοις ἐν ἀδηλοτέρῳ ὅ,τι πράττοιτο. καὶ παρασκευάζεσθαι δὲ, εἴ του ἐδεῖτο, ἐν τῇ πόλει ὄντι εὐπορώτερον ἦν. τῶν δὲ ἑτέρων ἔξω στρατευομένων, ἐξῆν ὁρᾶν, εἴτε τι ὀρθῶς ἐπράττετο, εἴτε τι ἡμάρτανον. καὶ μὴν οἰόμενος κρείττων τῶν ἀντιπάλων εἶναι, ὁπότε ὁρῴη χωρίοις πλεονεκτοῦντας αὐτοὺς, οὐκ ἐξήγετο ἐπιτιθέμενος. ὁρῶν δὲ οὔτε πόλιν προσχωροῦσαν αὐτῷ οὐδεμίαν, τόν τε χρόνον † ἐξήκοντα, ἐνόμισε πρακτέον τι εἶναι. εἰ δὲ μὴ, B ἀντὶ τῆς πρόσθεν εὐκλείας πολλὴν ἀδοξίαν προσεδέχετο. ἐπεὶ οὖν κατεμάνθανε περὶ μὲν μαντίνειαν † τοὺς ἀντιπάλους πεφυλαγμένους, μεταπεμπομένους δὲ Ἀγησίλαόν τε καὶ πάντας τοὺς λακεδαιμονίους, καὶ ᾔσθετο ἐξεστρατευμένον τὸν Ἀγησίλαον, καὶ ὄντα ἤδη ἐν πελλήνῃ δειπνοποιησάμενος, παραγγείλας, ἡγεῖτο τῷ στρατεύματι εὐθὺς ἐπὶ σπάρτη. καὶ εἰ μὴ κρὴς θείᾳ τινὶ μοίρᾳ προσελθὼν ἐξήγγελλε τῷ Ἀγησιλάῳ προσιὸν τὸ στράτευμα, ἔλαβεν ἂν C τὴν πόλιν ὥσπερ νεοττιὰν, παντάπασιν ἔρημον τῶν ἀμυνουμένων. ἐπεὶ μέντοι προπυθόμενος ταῦτα Ἀγησίλαος ἔφθη εἰς τὴν πόλιν ἀπελθὼν, διαταξάμενοι οἱ σπαρτιᾶται ἐφύλαττον καὶ μάλα ὀλίγοι ὄντες. οἵ τε γὰρ ἱππεῖς αὐτοῖς πάντες ἐν ἀρκαδίᾳ ἀπῆσαν, καὶ τὸ ξενικὸν, καὶ τῶν λόχων † δέκα ὄντων οἱ τρεῖς. ἐπεὶ δὲ ἐγένετο Ἐπαμινώνδας ἐν τῇ πόλει τῶν σπαρτιατῶν, ὅπου μὲν ἔμελλον ἔν τε ἰσοπέδῳ μάχεσθαι, καὶ ἀπὸ τῶν οἰκιῶν βληθήσεσθαι, οὐκ D εἰσῄει ταύτῃ, οὐδὲ ὅπου γε μηδὲν † πλείονες μάχεσθαι τῶν ὀλίγων, πολλοὶ ὄντες· ἔνθεν δὲ πλεονεκτεῖν ἂν ἐνόμιζε, τοῦτο λαβὼν τὸ χωρίον κατέβαινε, καὶ οὐκ ἀνέβαινεν εἰς τὴν πόλιν. τό γε μὴν ἐντεῦθεν γενόμενον, ἔξεστι μὲν τὸ θεῖον αἰτιᾶσθαι, ἔξεστι δὲ λέγειν, ὡς τοῖς ἀπονενοημένοις οὐδεὶς ἂν ὑποσταίη. ἐπεὶ γὰρ ἡγεῖτο Ἀρχίδαμος οὐδὲ ἑκατὸν ἔχων ἄνδρας, καὶ διαβὰς (ὅπερ ἐδόκει τι ἔχειν κώλυμα) † ἐπορεύετο ἐπὶ τοὺς ἀντιπάλους, E ἐνταῦθα δὴ οἱ πῦρ πνέοντες, οἱ νενικηκότες τοὺς λακεδαιμονίους, οἱ τῷ παντὶ πλέονες, καὶ πρὸς τούτοις, ὑπερδέξια χωρία ἔχοντες, οὐκ ἐδέξαντο τοὺς περὶ τὸν Ἀρχίδαμον, ἀλλ' ἐκκλίνουσι. καὶ οἱ μὲν πρῶτοι τῶν Ἐπαμινώνδου ἀποθνήσκουσιν. ἐπεὶ μέντοι ἀγαλλόμενοι τῇ νίκῃ ἐδίωξαν

προβαίνοντα, | τοὺς δήμους | δώδεκα | πλέον | ἐπορεύετο πρὸς ὄρθιον ἐπὶ τοὺς

quo loco erant tutiora, quam si foris ea locasset; ac quid ageret, minus ab hostibus sciri poterat. Præterea si qua re opus esset, eam facilius in vrbe parare poterat. Hostes vero quum castra extra oppida haberent, perspici poterat, siue quid recte gererent, seu perperam. Et quia superiorem se hostibus esse putabat: quoties eos locorum commoditates habere videbat, non educebat suos, vt illos inuaderet. Posteaquam vero nullam ad se vrbem deficere cerneret, ac tempus elabi: gerendum aliquid esse putabat, quod quidem nisi faceret, pro hactenus parta gloria magnã infamiam exspectabat. Itaque quum factus esset certior, hostes apud Mantineam magna cum cura se muniuisse, ac Agesilaum omnesque Lacedæmonios arcessere, iamque adeo cum copiis Agesilaum domo profectum apud Pellenen esse, animaduerteret: sumta cœna, denuntiatoque militibus itinere, recta Spartam copias ducit. Quod nisi diuino quodam fato Cretensis quidam ad Agesilaum contendens, ei copias Epaminondæ aduentare nuntiasset: cepisset Spartã, quasi quemdam nidum, omnino a defensoribus desertam. Quum autem Agesilaus his ante compertis, conatum hostis in adeũda vrbe præcepisset: Spartani dispositis hinc inde suis, quamquam perpauci essent, vrbem tamen custodiebant. Nam & equites eorum iam in Arcadiam discesserãt, & copiæ mercenariæ, & ex decem cohortibus tres. Posteaquam Epaminondas Spartam venisset, non vrbem illac ingrediebatur, vbi vel pugnam hostes in planicie commissuri erant, vel tela de ædificiis deiecturi, vel vbi nihilo plus in pugna multi, quam pauci erãt effecturi: sed loco quodam occupato, quo se superiorem fore putabat, ita in vrbem descendit, non adscendit. Ceterum quod deinde accidit, partim numini potest adscribi, partim dici, desperatis neminem posse resistere. Nam quum Archidamus vix centum viros duceret, ac non solum traiecisset, id quod impediri potuisse quodam modo videbatur, sed etiam † in locum arduũ versus hostes pergeret: tum illi, qui spirabant ignem, qui Lacedæmonios deuicerant, qui rebus omnibus superiores erant, ac præterea loco erant excelsiore, non excepere militum, quos Archidamus secum habebat, impetum; sed terga dedere, atque adeo primi, qui apud Epaminondam erãt, occisi sunt. Quum autem exsultarent Lacedæmonij ob victoriam,

Epaminondæ stratagema. Plut. Agesil. p. 1124.

Εὐδύνου δὲ Θεσπιέως, ὡς Καλλισθένης φησίν, ὡς δὲ Ξενοφῶν, Κρητός τινος ἐξαγγείλαντος Ἀγησιλάῳ. Plut. p. 1124.

Epaminondas Spartã accedit.

† Lectio marginis.

Plut. Agesil. p. 1125.

ideoq; persequerētur intempestiuius: rursus & ipsi quosdam amisere: Nam descripti diuinitus erant, vti quidem videtur, cōcessæ ipsis victoriæ certi quidam fines. Archidamus eo loco, quo victoria potitus fuerat, tropæum excitauit; & eos, qui ex hostibus istic interemti erant, per inducias reddidit. Epaminondas autem secum ipse perpendens futurum, vt Arcades Lacedęmonem opis ferendæ caussa cōcurrerent: nolebat simul cum ipsis, & Lacedęmoniis vniuersis, posteaquam conuenissent, pugnare: præsertim quum res ipsis feliciter cessisset, suis male. Quamobrem rursus quamcelerrime Tegeam cōtendens, graui armaturæ quiescendi spatium concessit: equitatum Mantineam misit, rogatum, vti labores eos constanter ferret; simul monitum, consentaneum esse, pecora Mantineos vniuersa iam extra vrbem habere, itemque viros omnes, præsertim id temporis, quo frumentum in vrbem conueheretur. Itaque suscipiebant iter hoc equites. Interea profecti Eleusine Atheniensium equites, apud Isthmum cœna sumpta, quū Cleonas transiissent: forte ad Mantineam accedebant, & castra intra muros ipsis in ædificiis habebant. Quum autem pateret iam aduentare hostes, Mantinei Atheniensium equitum opem implorare, si quid illi possent. Dicere pecora vniuersa foris esse, itemq; operas, & multos tum pueros, tū prouectioris ætatis homines ingenuos. Quibus Athenienses auditis, quamquam necdum vel se prandio, vel equos pabulo refecissent, tamen opem ferebant. Atque heic quis eorum virtutem non admiretur? qui quum hostes se longe maiores habere copias cernerent, & aduersum quemdam casum in vrbe Corintho pertulissent; nihil horum ad animum reuocarunt, ac ne id quidem, quod simul aduersus Thebanos ac Thessalos, equites hominum opinione longe præstantissimos, prœlio congressuri essent: sed turpe ducentes, si postea, quam aduenissent, nulla re sociis essent adiumēto, quamprimum cōspexissent hostes; manus cum eis conseruerunt, quum quidem gloriam maiorum tueri cuperēt. Hoc modo commisso prœlio, Mantineis omnia, quæ foris habebant, salua præstitere. Ceciderunt ex eis quidam viri fortes, cuiusmodi scilicet ipsi quoque interemerunt. Quippe nemo erat vtrimque, cui tam exiguum telum esset, quo se mutuo non contingerent. Deinde cadauera suorum Athenienses tollunt, hostium cadaueribus quibusdam per inducias redditis. Atque heic

Præclarū facinus equitum Atheniensiū.

A οἱ ἔνδοθεν πορρωτέρω τοῦ χωρίου, οὗτοι αὖ ἀποθνήσκουσι. περιεγέγραπτο γάρ, ὡς ἔοικεν, ὑπὸ τοῦ θείου, μέχρις ὅσου ἡ νίκη ἐδέδοτο αὐτοῖς. καὶ ὁ μὲν δὴ Ἀρχίδαμος τρόπαιόν τε ἵστατο ἔνθα ἐπεκράτησε, καὶ τοὺς ἐνταῦθα πεσόντας τῶν πολεμίων ὑποσπόνδους ἀπεδίδου. ὁ δ' Ἐπαμινώνδας λογιζόμενος, ὅτι οἱ Ἀρκάδες βοηθήσαιεν εἰς τὴν Λακεδαίμονα, ἐκείνοις μὲν οὐκ ἐβούλετο καὶ πᾶσι Λακεδαιμονίοις ὁμοῦ γενομένοις μάχεσθαι, ἄλλως τε καὶ εὐτυχηκόσι, τῶν δ' ἀποτετυχηκό-
B των. πάλιν δὲ πορευθεὶς ὡς ἐδύνατο τάχιστα εἰς τὴν Τεγέαν, τοὺς μὲν ὁπλίτας ἀνέπαυσε, τοὺς δ' ἱππέας ἔπεμψεν εἰς τὴν Μαντίνειαν, δεηθεὶς αὐτῶν προσκαρτερῆσαι, καὶ διδάσκων, ὡς πάντα μὲν εἰκὸς ἔξω εἶναι τὰ τῶν Μαντινέων βοσκήματα, πάντας δὲ τοὺς ἀνθρώπους, ἄλλως τε καὶ σίτου συγκομιδῆς οὔσης. καὶ οἱ μὲν ᾤχοντο. οἱ δ' Ἀθηναῖοι ἱππεῖς ὁρμηθέντες ἐξ Ἐλευσῖνος, ἐδειπνοποιήσαντο μὲν ἐν Ἰσθμῷ, διελθόντες δὲ καὶ τὰς Κλεωνάς, ἐτύγχανον προσι-
C όντες εἰς τὴν Μαντίνειαν, καὶ κατεστρατοπεδευσάμενοι † ἐντὸς τείχους ἐν ταῖς οἰκίαις. ἐπεὶ δὲ δῆλοι ἦσαν προσελαύνοντες οἱ πολέμιοι, ἐδέοντο οἱ Μαντινεῖς τῶν Ἀθηναίων ἱππέων βοηθῆσαι, εἴ τι δύναιντο. ἔξω γὰρ εἶναι καὶ τὰ βοσκήματα πάντα, καὶ τοὺς ἐργάτας, πολλοὺς δὲ καὶ παῖδας καὶ γεραιτέρους τῶν ἐλευθέρων. ἀκούσαντες δὲ ταῦτα οἱ Ἀθηναῖοι ἐκβοηθοῦσιν, ἔτι ὄντες ἀνάριστοι καὶ αὐτοὶ καὶ οἱ ἵπποι. ἐνταῦθα δὴ τούτων αὖ τὴν ἀρετὴν τίς οὐκ ἂν ἀγασθείη; οἳ καὶ πολὺ
D πλείονας ὁρῶντες τοὺς πολεμίους, καὶ δυστυχήματος γεγενημένου ἐν Κορίνθῳ τοῖς ἱππεῦσιν, οὐδὲν τούτου ἐπελογίσαντο, οὐδὲ ὅτι καὶ Θηβαίοις ἅμα καὶ Θετταλοῖς τοῖς κρατίστοις ἱππεῦσιν εἶναι δοκοῦσιν ἔμελλον μάχεσθαι· ἀλλ' αἰσχυνόμενοι, εἰ παρόντες μηδὲν ὠφελήσαιεν τοὺς συμμάχους, ὡς εἶδον τάχιστα τοὺς πολεμίους, συνέρραξαν, ἐρῶντες ἀνασώσασθαι τὴν πατρῴαν δόξαν. καὶ μαχόμενοι, αἴτιοι μὲν ἐγένοντο σωθῆναι πάντα τὰ ἔξω τοῖς Μαντινεῦσιν· αὐτῶν δ' ἀπέθανον
E ἄνδρες ἀγαθοί, καὶ ἀπέκτειναν δὲ δηλονότι τοιούτους. οὐδὲν γὰρ οὕτω βραχὺ ὅπλον ἑκάτεροι εἶχον, ᾧ οὐκ ἐξικνοῦντο ἀλλήλων, καὶ τοὺς μὲν φίλους νεκροὺς ἀνείλοντο, τῶν δὲ πολεμίων ἦν οὓς ὑποσπόνδους ἀπέδοσαν. ὁ δ' αὖ

ἐντὸς τοῦ τείχους

Ἐπαμι-

A Ἐπαμινώνδας, ἐνθυμούμενος, ὅτι ὀλίγων μὲν ἡμερῶν ἀνάγκη ἔσοιτο ἀπιέναι, διὰ τὸ ἐξήκειν τῇ στρατείᾳ τὸν χρόνον· εἰ δὲ καταλείψει ἐρήμους οἷς ἦλθε συμμάχους, ἐκεῖνοι πολιορκήσοιντο ὑπὸ τῶν ἀντιπάλων· αὐτὸς δὲ λελυμασμένος παντάπασι τῇ ἑαυτοῦ δόξῃ ἔσοιτο, ἡττημένος μὲν ἐν Λακεδαίμονι σὺν πολλῷ ὁπλιτικῷ ὑπ' ὀλίγων, ἡττημένος δὲ ἐν Μαντινείᾳ ἱππομαχίᾳ, αἴτιος δὲ γεγενημένος διὰ τὴν ἐς Πελοπόννησον στρατείαν τοῦ συνεστάναι Λακεδαιμονίους, καὶ Ἀρκάδας, καὶ Ἀχαιούς, B καὶ Ἠλείους, καὶ Ἀθηναίους· ὥστε οὐκ ἐδόκει αὐτῷ δυνατὸν εἶναι ἀμαχεὶ παρελθεῖν, λογιζομένῳ ὅτι, εἰ μὲν νικῴη, πάντα ταῦτα ἀναλύσοιτο· εἰ δὲ ἀποθάνοι, καλὴν τὴν τελευτὴν ἡγήσατο ἔσεσθαι, πειρωμένῳ τῇ πατρίδι ἀρχὴν Πελοποννήσου καταλιπεῖν. τὸ μὲν οὖν αὐτὸν τοιαῦτα διανοεῖσθαι οὐ πάνυ μοι δοκεῖ θαυμαστὸν εἶναι (φιλοτίμων γὰρ ἀνδρῶν τὰ τοιαῦτα διανοήματα) τὸ μέντοι στράτευμα παρεσκευακέναι, ὡς πόνων τε μηδένα ἀποκάμνειν μήτε νυ- C κτὸς, μήτε ἡμέρας, κινδύνου τε μηδενὸς ἀφίστασθαι, σπάνιά τε τὰ ἐπιτήδεια ἔχοντας ὅμως πείθεσθαι ἐθέλειν, ταῦτά μοι δοκεῖ θαυμαστότερα εἶναι. καὶ γὰρ ὅτε τὸ τελευταῖον παρήγγελλεν αὐτοῖς παρασκευάζεσθαι, ὡς μάχης ἐσομένης, προθύμως μὲν ἐλευκοῦντο οἱ ἱππεῖς τὰ κράνη, κελεύοντος ἐκείνου· ἐπεγράφοντο δὲ καὶ τῶν Ἀρκάδων ὁπλῖται, ῥόπαλα ἔχοντες, ὡς Θηβαῖοι· πάντες δὲ ἠκονῶντο καὶ λόγχας καὶ μαχαίρας, καὶ ἐλαμπρύνοντο τὰς ἀσπίδας. ἐπεὶ μέντοι D οὕτω παρεσκευασμένους ἀπήγαγεν, ἄξιον αὖ κατανοῆσαι, ἃ ἐποίησε. πρῶτον μὲν γὰρ, ὥσπερ εἰκὸς, συνετάττετο. τοῦτο δὲ πράττων, σαφηνίζειν ἐδόκει, ὡς εἰς μάχην παρεσκευάζετο. ἐπεί γε μὴν ἐτέτακτο αὐτῷ τὸ στράτευμα ὡς ἐβούλετο, τὴν μὲν συντομωτάτην πρὸς τοὺς πολεμίους οὐκ ἦγε, πρὸς δὲ τὰ πρὸς ἑσπέραν ὄρη τῆς Τεγέας καὶ ἀντιπέραν ἡγεῖτο. ὥστε δόξαν παρεῖχε τοῖς πολεμίοις, μὴ ποιήσεσθαι μάχην ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ. καὶ γὰρ δὴ ὡς πρὸς τῷ ὄρει E ἐγίνετο, ἐπεὶ ἐξετάθη αὐτῷ ἡ φάλαγξ, ὑπὸ τοῖς ὑψηλοῖς ἔθετο τὰ ὅπλα· ὥστε εἰκάσθη στρατοπεδευομένῳ. τοῦτο δὲ ποιήσας, ἔλυσε μὲν τῶν πλείστων πολεμίων τὴν ἐν ταῖς ψυχαῖς πρὸς μάχην παρασκευὴν, ἔλυσε δὲ τὴν ἐν ταῖς συντάξεσιν.

Epaminondas secum cogitabat, intra dies paucos sibi abeũdum esse necessario, quod huic expeditioni destinatum tempus effluxisset. Iam si eos, quibus opitulaturus aduenerat, desereret; futurum, vt ab hostibus illi obsiderentur; ipse gloriam omnem prorsus amitteret; qui apud Lacedæmonem cum grauis armaturæ multis peditibus a paucis victus esset, rursus ad Mantineam equestri prœlio superatus, denique caussam per susceptam hanc in Peloponesum expeditionem præbuisset, ob quam Lacedemonij, Arcades, Achæi, Elei, Athenienses, se consociassent. Quare fieri non posse putabat, vt sine pugna discederet; præsertim quum se potientem victoria denuo ratiocinaretur aboliturum hæc vniuersa: sin mortem oppeteret, præclarum se vitæ finem consequuturum existimabat, in conatu relinquendi patriæ suæ Peloponesi imperium. Atq; huiusmodi quædam ipsum animo volutasse, mirum mihi quidem non videtur. Nam eiusmodi cogitationes in eos cadunt, qui honoris ac laudis cupidi sunt. Illa mihi magis admiranda videntur, quod exercitum sic consuefecerit; vt laborem nullum defugeret, non interdiu, non noctu: periculum nullum formidaret: quoties commeatus adesset exiguus, nihilo minus dicto audiens esset. Nã quum postremum denuntiasset suis, vti se ad pugnam compararent: magna cum animorum alacritate galeas equites ipso iubente nitidas reddebant, ac nõnulli etiam Arcades grauis armaturæ pedites nomina dabant, gestãtes clauas perinde, ac si Thebani essent: vniuersi denique tum hastas, tum gladios acuebant, & clupeos detergebant, vt fulgerent. Hoc modo paratos quũ abduxisset, operæ pretium est considerare, quid deinceps fecerit. Primum, vt par erat, aciem struebat. Id quum faceret, indicare scilicet certo volebat, quod ad prœlium se compararet. Posteaquam copias ex animi arbitratu instruxisset, nõ via maxime compẽdiaria ducebat in hostem: sed ad Tegeæ montes, solem occidentem versus, & e regione sitos, pergebat. Quo factũ, vt iniiceretur hostibus opinio, minime ipsum eo die dimicaturum. Etenim posteaquam ad montem accessisset, iamque phalãx eius esset explicata: subsistere militem sub locis eminentib. in armis iubet, adeoq; castra munientis speciem exhibebat. Atq; hac re maxima ex parte in hostibus, quem in animis pugnandi ardorem conceperãt, extinxit: itemq; aciei adparatum dissoluit.

Magnanimitas Epaminondæ.

Eiusdem ad exercitum auctoritas.

Deinde quum cohortes, quæ vtroq; progrediebantur in cornu, ad frontem adduxisset, aciemq; cuneatam eorum, quos circum se habebat, firmam reddidisset: tum vero suis arma sumere iussis præcedebat ipse, milites sequebantur. Eos quum præter opinionem suam aduentare viderent hostes, nemini amplius otioso esse licebat. Alij se ad ordines cursu conferebant, alij se instruebāt, alij frænabant equos, alij loricas induebant. Omnes denique magis cladem accepturi, quam illaturi videbantur. Epaminondas contra, copias suas instar triremis aduerso quasi rostro ductitabat, existimans se, vbicumq; tamdem impressione facta perrumperet aciem hostilem, vniuersum exercitum facile profligaturum. Nam cum parte copiarum longe robustissima prœlium cōmittere parabat, infirma longius remota: quod sciret hanc, si quidem vinceretur, suis trepidationem, hostibus vires addituram. Accedebat id etiam, quod hostes equitatum suum instar phalangis grauis armaturæ peditum, densam in aciem instruxerant, peditibus nullis intermistis. At Epaminondas etiam equitum cuneum firmum fecerat, & pedites equis carentes iuxta eos collocarat. Existimabat enim fore, vt posteaquam equitatus perrupisset, hostium totus exercitus victus esset. Nam perdifficile est reperire, qui subsistere velint, quum suorum nonnullos terga dare conspiciunt. Iam ne Athenienses a læuo cornu succurrerent sibi proximis, quibusdam in collibus aduersus eos tum equites, tum grauis armaturæ pedites constituit; vt his etiam metum incuteret, quasi a tergo irruituri in ipsos essent, si quidem aliis vellent suppetias ferre. Atque hoc modo cum hoste confligens, spe sua minime frustratus est. Etenim illa parte, qua hostes adoriebatur, victoria potitus, vniuersum hostilem exercitum in fugam coniecit. Verum postea, quam ipse cecidit, nō iam amplius ceteri victoria recte vti potuere. Nam quum aduersa phalanx fugeret, grauis armaturæ pedites neminem occidebant: neque de loco, quo prœlium commissum erat, progrediebantur. Itidem quum equitatus hostilis fugam arripuisset, ne quidem equites persequendo quemquam vel equitem, vel grauis armaturæ peditem interficiebant: sed quasi si fuissent ipsi victi, trepide per fugientes hostes elabebantur. Pedites autem, qui equos dimiserant, & cetrati, posteaquam vna cum equitibus vicissent; læuum ad latus se conferebant, quasi iam superiores facti essent.

Pugna ad Mantineā. olymp. 104. an. 2.

Plut. Agesil. p. 112.

Thebani victoria vti nesciūt

A ἐπεί γε μὴν παραγαγὼν τοὺς † ἐπὶ κέρως πορευομένους λόχους εἰς μέτωπον, ἰσχυρὸν ἐποιήσατο τὸ περὶ ἑαυτὸν ἔμβολον, τότε δὴ ἀναλαβεῖν παραγγείλας τὰ ὅπλα, ἡγεῖτο· οἱ δ' ἠκολούθουν. οἱ δὲ πολέμιοι ὡς εἶδον παρὰ δόξαν ἐπιόντας, οὐδεὶς αὐτῶν ἡσυχίαν ἔχειν ἐδύνατο· ἀλλ' οἱ μὲν ἔθεον εἰς τὰς τάξεις, οἱ δὲ παρετάττοντο, οἱ δὲ ἵππους ἐχαλίνουν, οἱ δὲ θώρακας ἐνεδύοντο· πάντες δὲ πεισομένοις τι μᾶλλον, ἢ ποιήσουσιν ἐῴκεσαν. ὁ δὲ † τὸ στράτευμα ἀντί-

B πρῳρον ὥσπερ τριήρη προσῆγε, νομίζων, ὅπῃ ἐμβαλὼν διακόψειε, διαφθερεῖν ὅλον τὸ τῶν ἐναντίων στράτευμα. καὶ γὰρ δὴ τῷ μὲν ἰσχυροτάτῳ παρεσκευάζετο ἀγωνίζεσθαι, τὸ δὲ ἀσθενέστατον πόρρω ἀπέστησεν, εἰδὼς ὅτι ἡττηθὲν ἀθυμίαν ἂν παράσχοι τοῖς μεθ' αὐτοῦ, ῥώμην δὲ τοῖς πολεμίοις. καὶ μὴν τοὺς ἱππέας οἱ μὲν πολέμιοι αὐτοὶ παρετάξαντο ὥσπερ ὁπλιτῶν † φάλαγγος βάθος ἐξῆς, καὶ ἔρημον πεζῶν ἀνίππων. ὁ δ' Ἐπαμινώνδας αὖ καὶ τοῦ ἱππικοῦ ἔμβολον ἰσχυ-

C ρὸν ἐποιήσατο, καὶ ἀνίππους πεζοὺς συνέταξεν αὐτοῖς, νομίζων τὸ ἱππικὸν ἐπεὶ διακόψειεν, ὅλον τὸ ἀντίπαλον νενικηκὼς ἔσεσθαι. μάλα γὰρ χαλεπὸν εὑρεῖν τοὺς ἐθελήσοντας μένειν, ἐπειδάν τινας φεύγοντας τῶν ἑαυτοῦ ὁρῶσι. καὶ ὅπως μὴ ἐπιβοηθῶσιν οἱ Ἀθηναῖοι ἀπὸ τοῦ εὐωνύμου κέρατος ἐπὶ τὸ ἐχόμενον, κατέστησεν ἐπὶ γηλόφων τινῶν ἐναντίους αὐτοῖς καὶ ἱππέας καὶ ὁπλίτας, φόβον βουλόμενος καὶ τούτοις παρέχειν, ὡς, εἰ βοηθήσαιεν, ὄπισθεν οὗτοι ἐπικείσοιντο αὐτοῖς.

D τὴν μὲν δὴ συμβολὴν οὕτως ἐποιήσατο, καὶ οὐκ ἐψεύσθη τῆς ἐλπίδος. κρατήσας γὰρ ᾗ προσέβαλεν, ὅλον ἐποίησε φεύγειν τὸ τῶν ἐναντίων. ἐπεί γε μὴν ἐκεῖνος ἔπεσεν, οἱ λοιποὶ οὐδὲ τῇ νίκῃ ὀρθῶς ἔτι ἐδυνάσθησαν χρήσασθαι, ἀλλὰ φυγούσης μὲν αὐτοῖς τῆς ἐναντίας φάλαγγος, οὐδένα ἀπέκτειναν οἱ ὁπλῖται, οὐδὲ προῆλθον ἐκ τοῦ χωρίου, ἔνθα ἡ συμβολὴ ἐγένετο. φυγόντων δ' αὐτοῖς καὶ τῶν ἱππέων, ἀπέκτειναν μὲν οὐδὲ οἱ ἱππεῖς διώκοντες οὔτε ἱππέας οὔθ' ὁπλίτας,

E ὥσπερ δὲ ἡττώμενοι, πεφοβημένως διὰ τῶν φευγόντων πολεμίων διέπεσον. καὶ μὴν οἱ ἄνιπποι καὶ οἱ πελτασταὶ † συνενοηκότες τοῖς ἱππεῦσιν, ἀφίκοντο μὲν ἐπὶ τοῦ εὐωνύμου ὡς κρατοῦντες·

ἐπὶ κέρως

τῷ στρα- πώματι

φάλαγγα

συννενικηκότες

ἐκεῖ δ'

ἐκεῖ δὲ ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων οἱ πλεῖστοι αὐτῶν ἀπέ- A
θανον. τούτων δὲ πραχθέντων, τοὐναντίον ἐγεγέ-
νητο οὗ ἐνόμιζον πάντες ἄνθρωποι ἔσεσθαι. συνε-
γρ. σχεδ. ληλυθυίας γὰρ σχεδὸν ἁπάσης τῆς Ἑλλάδος, καὶ ἀν-
τιτεταγμένων, οὐδεὶς ἦν ὅστις οὐκ ᾤετο, εἰ μά-
χη ἔσοιτο, τοὺς μὲν κρατήσαντας ἄρξειν, τοὺς δὲ
κρατηθέντας ὑπηκόους ἔσεσθαι. ὁ δὲ θεὸς οὕτως ἐ-
ποίησεν, ὥστε ἀμφότεροι μὲν ὡς νενικηκότες
τρόπαιον ἐστήσαντο, τοὺς δὲ ἱσταμένους οὐδέτεροι
ἐκώλυον· νεκροὺς δὲ ἀμφότεροι μὲν ὡς νενικη-
κότες ὑποσπόνδους ἀπέδοσαν, ἀμφότεροι δὲ ὡς B
ἡττημένοι ὑποσπόνδους ἀπελάμβανον. νενι-
κηκέναι δὲ φάσκοντες ἑκάτεροι, οὔτε χώρα, οὔτε
πόλει, οὔτ᾽ ἀρχῇ οὐδέτεροι οὐδὲν πλέον ἔχον-
τες ἐφάνησαν, ἢ πρὶν τὴν μάχην γενέσθαι. ἀκρισία
δὲ καὶ ταραχὴ ἔτι πλείων μετὰ τὴν μάχην ἐγένε-
το, ἢ πρόσθεν, ἐν τῇ Ἑλλάδι. ἐμοὶ μὲν δὴ μέ-
τούτου χρι τοῦδε γεγράφθω. τὰ δὲ μετὰ ταῦτα ἴσως ἄλ-
λῳ μελήσει.

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ ΙΣΤΟ-
ΡΙΩΝ ΤΕΛΟΣ.

A Verum istic maxima pars eorum ab Athe-
niensibus est interemta. His ita gestis, con-
tra quam vniuersi homines arbitrarentur,
accidit. Nam quum tota fere Græcia con- Euentus
uenisset, castraque opposita haberet: ne- pugnæ
mo non existimabat futurum, vt, si prœlio nec opi-
decerneretur, victores imperarent, pare- natus.
rent victi. Verum Deus illum euentum
dedit, vt tropæum vtrique statuerent, qua-
si qui vicissent: nec statuentes alteros im-
pedirent alteri. Mortuos autem vtrique
tamquam victores per indutias reddebāt
B & vtrique tamquam victi per indutias re-
cipiebant. Quumque victoria se potitos v-
triq; dicerent, non tamen vel obtenta re-
gione aliqua, vel oppido, vel imperio, con-
dicionem suam facere meliorem, quam ea
fuisset ante pugnam commissam, videbā-
tur. Confusio quidem certe, rerumque
perturbatio maior in Græcia post pugnam
exstitit, quam prius fuerat. Atque hacte-
nus mihi quidem hæc scripta sunto. Quæ
vero sequuntur, alij curæ fortassis erunt.

*XENOPHONTIS HISTO-
riarum finis.*